

supplicabat bte virgini vt eum iuuaret. Que ipetrauit vt heremita ad eū corti/ gendū mitteret. Qd cū facere vellet nec ei loq̄ posset. h̄ ingerēs se xberatus fuisset. reuersus ad cellā iterū rapit ad iudiciū. z sicut p̄us accusat. Sed brā h̄gine eū adiuuāte z mortuo impatore: alio succedens in imperiū illū diuitem z potentem capere voluit. h̄ ille fugiens z omnia bona sua pdens ad p̄cedētia officia rediens z ad pietatis opa. postmodū vitam in bono finiuit z clulit.

De gula.

Gula detestanda est. Primo qz multū est cōtra deū: q̄uis oia pctā sint p̄tra deū. tñ gula p̄ncipaliter. qz vilissimā creaturā deificat. s. ventrē suuz. Juxta illud apli ad phil. iij. Quoz de v̄eter ē. vbi dicit Aug. Hoc ab hoīe colit qd p̄ ceteris diligit. Vñ Hugo in suo claustrali Solēt dñs tēpla p̄strui. altaria erigi. ministri ad seruiēdū ordinari. imolari p̄ses. thura cōcremari. Si q̄dem tēplum gule est coq̄na. altare mēsa. ministri cocī imolate penes cocte carnes. fumus incensozū odor sapor. Et talis ydolatria est deterior q̄ ydolatria paganoz. quia illi auro z argēto z marmoreis lapidibz diuinos honores impēdere solebāt. sed gulosus v̄trem p̄ deo honorat. q̄ est q̄si laterna. Et p̄pterea videt hoc viciūz detestabilius cūctis alijs vicijs z pctis. qz hoc viciū deū blasphemāt. Vñ Aug. de s̄bis d̄m. Si immoderatōe voracitatis debitū modūz nature excedis q̄ntūcūq̄ laudes lingua carnis r̄sonet tñ vita blasphemāt. Scdo detestanda est gula. qz multū placet diabolo. ex eo qz in hoīe guloso est req̄es diaboli. Vñ Math. xij. Luz immūndus sp̄s exierit ab hoīe. ābulat p̄ loca arida q̄rens req̄em z nō inueniet. Et nota qz loca arida sunt hoīes tēperate viuētes. in q̄bz dia-

bolus nō inueniet req̄es. Vñ etiā in signū hui⁹ legio demonū dixit dño. vt habet Math. viij. Si eicitis nos hinc mitte nos in gregē porcor. qd dñs pmisit. Vñ de glo. Nisi q̄s more porci vixerit: diabolus in eo potestare nō accipiet. Ex quo p̄tz qz diabolus habet potestatem sup gulosos. Itē placet diabolo: qz illo vicio tēptauit hoīem in statu innocētie z in paradiso. Itē p̄tz in xp̄o. q̄ cum ieiunasset. xl. diebz z noctibz: tunc tēptator dixit ei. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiāt. Et rō q̄re libēter tēptat hoīes etiā bonos cū isto vicio. qz p̄t eos deijcē. z facillr trahere ad alia pctā. scz ad accidā z luxuriā. Vñ Greg. in pastoral. dicit. Dñ vent nō astringit sicut cūcte x̄tutes obruunt. Itē placet diabolo. qz iste q̄ hoc vicio a diabolo tenet valde firmē tenet. qz q̄ assueti s̄t gulose vivere vix z difficulter p̄nt huic vicio renūciare. vñ Isid. in li. soliloq̄. Difficile est pcti p̄suetudinem vincē. p̄rau⁹ vsus vix abolet. Hoc p̄z maxie in ill' q̄ a puericia crapulose z delicate nutriti sunt. q̄ postmodū vix vcl raro abstinentes s̄nt. nisi sup abundās gratia dei operaret in illis. Et est rō. qz s̄m Aresto. vij. Eth. Cōsuetudo est altera natura. Et idē. Difficile est resistē cōsuetudini q̄ assilatur nature. **T**ertio detestāda est gula qz nocet homini in corpe z in aīa. Primo in corpe. qz infirmitates corpis generat. Eccl. xxxvij. In multis escis erit infirmitas. Seneca in epl'a. Multos morbos multa fercula fecere. qz multū p̄pter crapulā efficiunt cōtracti. leprosi hydropici. paralitici. z sic de alijs. Et hec ē magna fatuitas qz hō p̄pter delectatōem vnius hore omī tpe vult esse infirm⁹. Itē vitā hoīs abbreviat. Eccl. xxxvij. Propter crapulā multū obierūt qz s̄m doctores gula plures interficit q̄ ensis. Sic ecōuerso abstīcētia causat sanitatem. et prolongat hominis vitam. Unde Ecclesiast. xxxvij. Qui autē absti-

De peccato

nens est adijciet vitā. **Uñ** Hiero. in q̄/
dam epla. Mater sanitatis abstinētia
mater egritudinis voluptas. **Uñ** etiā
Aresto. de regimie p̄ncipum. Abstinē/
rea comestionibz nimijs et supfluitate ē
summa medicina. **I**tem abstinētia pro
longat vitam. hoc patz in p̄ncipio mun
di qñ hoies ita diu vixerūt. sicut adam
q̄ vixit. dcccxxx. annis. **I**tem noe q̄ vi/
xit. dccccl. annis **I**te marthusalē q̄ vixit
dcccclxix. ānis. q̄ fuit antiq̄or inf̄ omēs
in veteri testamēto. **I**te hoc patz in san
ctis noui testamēti. sicut in iohē euāgelī
sta. qui vixit a tpe passionis xp̄i. lxxvij.
annis. z totū tēpus vite sue fuerūt. xcix.
anni quos vixit. **I**tem Hieronym⁹ vi/
xit. xcviij. annis. **I**tem b̄t̄s paulus he
remita vixit. xcij. annis. **I**tem b̄t̄s an
thonius vixit in heremo. cv. annis. **I**te
hoc patz carthusiētibz z alijs religios̄
q̄ diu viuūt. qz abstinētes sunt. ergo be
ne d̄r **E**cci. xxxvij. Qui abstinens ē ad
ijciet vitam. **I**tem gula nocet hoī in tē/
poralibz. hoc patz in illis gulosis z ebri
osis hoībuz. qz quicq̄d p̄ totam hebdo/
madam lucrant vnde se z vxorem z pue
ros nutrire deberent: in taberna consu
mūt. **Uñ** **E**cci. xix. Operari⁹ ebriosus
nō locupletat **I**te nocz hoī in aīa. qz po
tētias aīe q̄uat **P**rimo q̄uat mēoriā: vt
gulos⁹ obliuiscat sui creatoris. vñ **O**zee
xij. Saturati sunt z eleuauit cor suū z
obliti sunt mei. **I**tem intellectus offusca
tur p̄ gulam. z p̄ immoderātiā cibi z po
tus. q̄ intellectus datus est hoī ad deū
intelligendum **Uñ** Hiero. Nihil a deo
obruit intellectū vt zmessatio. **H**oc p̄z
qz ieiunus melius intelligit z melius di
sp̄ositus est aīa comestionē q̄ post. **I**te z
volūtas que data est hoī vt eam debe
at conformare voluntari diuine. z eam
debeat inhabitare sp̄s sanctus p̄ chari
tatem z dulcedinem: qua puatur homo
gulosus **Uñ** ap̄l's. i. **C**horinth. ij. Aīa
lis homo non p̄cipit ea que dei sunt. vñ
Aug⁹. libro. v. confessionum. **G**audiū

diuine dulcedinis nō degustas: si carna
li delectatōe cor maculas. **Uñ** Bern.
Quo modo ignis et aqua simul esse nō
possunt. sic sp̄iales z carnales delicie in
eodem se nō compatiūtur **I**tem gula
denigrat animā. **T**hren. iij. Denigra
ta est facies eius sup carbones. **H**iero.
Nitēs cutis sordidam aīam estendit.

Sequitur de his q̄ sunt rep̄hen/
sibilia circa comestōes. **E**t sunt
septem **C** **C**umū est aīa
debitū t̄ps comedere. naz sicut serui dei
fm doctrinā xp̄i p̄mo querūt regnū dei
sic gulosi (quoz deus est v̄ter d̄pmū q̄/
runt regnū dei sui. **E**t regnūz dei sui est
esca z potus. **C**ōtra qd̄ dicit ap̄l's **R**o.
xiiij. Nō esca z potus est regnū dei **Uñ**
Esaie. v. d̄r de gulosis. **V**e q̄ consurgi
tis mane ad sectandum ebrietatem. **E**r
go merito rep̄hendēdus est qlibet xp̄ta
nus qui d̄ mane comedit aīa q̄ aliquod
pater noster dicat vel deo aliquā reue
rētiam exhibeat **Q**uia qlibet homo de
bet p̄mo cibare animā cum deuor⁹ orō/
nibus z sanctis meditatōibus. qz nobis
lior est corpore. **Uñ** Bern. **T**or⁹ mun
dus ille precium vnius aīe estimare nō
potest. **N**ō em̄ pro toto mūdo aīam su
am daret qui pro humana aīa suam de
dit. **A**ug⁹. **M**aius est damnū in amisi
sione vnius aīe q̄ mille corporoz. **S**e
cūdum quod est rep̄hensibile est quādo
q̄s nimis delicata cibaria vult habere.
Uñ legitur **N**umeri. xi. de filijs israel.
q̄ in deserto carnes desiderabant. z p̄
ter hoc iram dei incurrerūt **P**s. **A**dhuc
esce eorum erant in ore eorum z ira dei
ascendit super eos **Q**uāuis satisfaceret
desiderijs z cōcupiscentijs eorum. tamē
nihilomin⁹ eos puniuit **Uñ** p̄s. **P**lute
sup eos sic puluerē carnes **D** **C** **S**
endū. qz nō debemus petere delicata ci
baria p̄pter tria. **P**rimo. quia v̄ter est
vas immūdum quod corrumpit cibos
p̄ciosos. **Q**uis em̄ preciosum balsamū
insunderet in vas immundum. **U**nde

fit. cum intraverit: nonne si specula ha-
beremus in ventre d' abis preciosis eru-
berceremus. **S**ecundo. qz erunt duo z tra
vnum. scz corpus z abus delicat' cōtra
sp̄m. Sufficit em̄ z cupiscentie malicia
sua: vt non plus per delicata cibaria ac-
cendatur. igitur sumenda est necessitas
z non supfluitas. Quia s̄m ap̄ l̄m. **C**a-
ro concupiscit aduersus sp̄m. **T**ertio qz
qui consuevit vti cibarijs preciosis post /
modū semp̄ vult ea habere. **E**rgo pueri
non delicate nutriendi sunt. tuz qz ex h̄
sepius infirmant' z debilitant'. z quādo
qz moriunt'. tum quia in senio etiā talia
volunt habere consueta. **U**nde **S**alo-
mon puer. 22. **A**dolens iuxta vitam
suam graditur: z cum senuerit: non re-
cedit ab ea. **U**nde etiā **A**risto. dicit. 7.
pol. **P**ueros esse sine vino est bonum.
Tertiu' qd est reprehensibile est quā-
do aliquis sumit nimis. vt legit' d' 3odo-
mitis. **G**en. 18. **S**icut ei pluuia nimis
magna nocua est sic etiā nimis parua
non valz. sic quisquis puidere sibi dilige-
ter debet q' non nimis multum sumat.
ne abus aggrauet corpus. z suffocet ra-
tōem. nec etiā nimis modicū: ne corpus
nimū debilitetur: sed in medio cōsistit
virtus. **U**nde **A**risto. ij. eth. **M**edius
in omnib' est laudabile. **Q**uia s̄m **H**u-
gonē de sancto vicē. **C**aro sic nutrienda
vt est seruiat. z sic domāda est vt nō su-
pbiat. **E** **Q**uartū quod est rep-
hensibile est. quādo quis nimis auide
z ardent' sumit cibū. **S**ignū autē hui'
auiditatis est quādo sic anim' homis ad
cibum tāto ardore concupiscētie trahit'
vt nihil sinat hoīem de deo cogitare vel
de alijs bonis. sed effundit se sup cibuz
tanqz brutū animal. z hoc vtiqz non est
bonum. nec rationale q' homo fūdat
se super cibū vt animal irrationale. **E**t
etiā corporaliter nocet quia ad sanita-
tem corporis valet q' abus honeste z or-
dinate z moderate ingeratur. quia tan-
to facili' z salubrius digeritur. **E**rgo cō-

tra istam auiditacē bonum est z laudabl'
le. q' quilibet homo ante sumptiōem ci-
bi ad min' dicit vñū **P**ater noster. z an-
te signum crucis faciat qz cibū sumat.
Exemplum de moniali que i horto coy-
medit lactucā sine signo crucis. z sic dia-
bolum cū lactuca comedit. **U**nde dicit
beatus **G**regorius in dialogo suo. q' quī-
dam cōuersus bibit vinum in ciuitate su-
ne licentia z sine signo crucis. et sic dia-
bolum cū vino bibit. **E**t in p̄ncipio men-
se homo debet cogitare d' pauperib'. sic
q' vellet q' quilibet pauper intm̄ habet:
z debet eis impartiri elemosynā suā z
mensa sua in quātū facultas admiserit.
Unde **C**arbo. **D**um sedes in mēsa p̄-
mo de paupere pensa. **T**unc bene pran-
det cum ch̄s adesse videt. **E**t infra p̄n-
dium dum sedent in mensa debēt loqui
de bonis z honestis z deficiis. z debent
cauē verba scurrilia mūdāna z detracto-
ria. **E**xemplū legitur. q' quidā diues in-
uitauit vicinos z cognatos suos locādo
eos in vna mensa. z in alia mensa etiā
pauperes collocauit: z vn' inter paupes
res qui fuit sanct' homo vidit in p̄nci-
pio mense quādo benedictōez dixit. et
p̄ma duo fercula comederunt angelos
circū dare discubentes. quia loquebātur
de deo. **E**t postmodū ceperunt loq' mū-
dana z consequent' vitiosa z detractoria
tunc demones affuerūt z discubētes cir-
cū dederunt. z angeli fugiēt ab eis z de-
derunt locū demonib'. **T**unc fleuit ille
sanct' homo. **P**ostmodū itez i fine men-
se ceperunt loqui de deo z de hoīs. z tūc
angeli redierunt z demones fugierunt.
tunc ille homo hoc videns cepit alacrit'
ridē. **T**unc postmodū infrogauerunt
illum bonū hoīez quare fleuisset. z post-
modum risisset. z ip̄e manifestauit eis ea
que vidit. z exhortatus est eos vt vbicū-
qz essent cum hoibus cōgregati liben-
ter deberent loqui de deo z honestis. **I**n
signum hui' dicit christus in euangelio.
vbi duo vel tres congregati sūt in noīe

De peccato

meo ibi sum in medio eorum. **I**te post me
tam tunc quilibet dicit dicere gratias. et re
gratiari deo de bonis perceptis. **U**n ap'ls
Ephe. v. In omnibus gratias agere. **U**n
de **Aug**o. de verbis dñi. Si quid man
ducas et bibis ad refectionem et repara
tionem membrorum: et gratias agens ei qui
tibi tribuit mortali et fragili huius suffragia:
cibus tuus et potus laudant deum. **E**x
his patet. quod homo quicquid potest uti pre
ciosis cibis sine peccato et aliter in grossis
cibariis potest offendere deum et delin
quere. **U**n **Aug**o. de doctrina christi
ana. Potest esse ut sine aliquo vicio cra
pule vel voracitatis preciosissimo cibo sa
piens utatur. **I**nsipiens autem fetidissima
gule flamma in vilissimorum olus inardescit.
Item **Aug**o. Non propter porcum
sed propter pomum mortem primus ho
mo inuenit. **E**t esau primatum suum non pro
pter gallinam sed propter lenticulas perdidit.
Et legimus regem nostrum non de carne.
sed de pane esse temptatum. **Q**uin
tum quod est reprehensibile est nimia stu
diositas et sollicitudo preparandi cibaria.
Aliqui quasi per totam diem occupan
tur circa preparationem cibariorum ven
tris quod vitæ vel nunc quod vna missam possunt
audire. sed et de cibariis anime modicum
vel nihil curant. **A**liqui etiam et si per se
non faciunt: tamen oportet quod anales fami
lia tamen occupent circa illa quod negligunt mis
sam et sermonem. et raro possunt intrare eccle
siam principaliter in die dominica. cum tamen qui
libet teneatur illa die audire integram mis
sam sub precepto ecclesie: et talis neglectio re
dundat in dominos illos qui sic eos occupant.
Un **H**ugo in suo claustrum. **Q**uidam su
persticiosum nimis in preparandis ci
bis studium adhibent decoctionum, frigariorum
et condimentorum genera excogitan
tes. modo mollia. modo dura. modo fri
gida. modo calida: modo cocta. modo as
sa: modo pipere. modo allio. modo cuminum
modo sale condita. secundum consuetudinem pre
parantium mulierum desiderantes. et cum tan

ta sollicitudine preparantur: ut deuoratis
quatuor vel quinque ferculis prima non
impediunt nouissima: isti habent colere
ventrem suum tanquam deum. **E**t tales gulosi
rari vel nunquam contenti sunt de cibariis ip
sis preparatis. **E**tiam quando vixit fami
lia fecerunt omnem diligentiam suam in pre
parando cibaria: tunc adhuc conuenerunt et
murmurant. **A**ut sunt nimis salsa. aut ni
mis frigida. aut nimis mollia. aut nimis
dura. et sic de alijs. **S**i aliqua negligenti
a notabilis commissa est preparando ciba
ria: tunc irascunt maledicendo vixit fami
lie. **I**nsuper quicquid blasphemant et volent sca
tellas ipsis. scilicet vixit et familie ad collum per
cere. **T**ales cogitare deberent quod deus idem
promiserit illam negligentiam fieri: ut reco
gnosceres te non esse dignum comedere
cibaria bene preparata. quia forte es pecca
tor mortalis. et antea ingratus fuisti deo
de bonis cibariis: quia ex prudentia diuina
habuisti. vel etiam quia antea in bene pre
paratis cibariis excessisti. et deum offen
disti. **E**t ergo deus iam punit te in illis
quibus peccasti. imo quando recognoscere te esse
in peccato mortali. tunc scire debes quod non
es dignus comedere panem et bibere aquam ad
saturitatem. sed vix debes sumere puram
necessitatem ad sustentationem nature. **E**t
ratio huius est quia peccator indignior
est omnibus creaturis. ergo non est dignus
habere sum alicuius creature quam idem deus
creauit ut homines vsum illarum creaturarum
haberent. et deo de hoc gratias ageret et ei
fuerent. **S**ed heu tales peccatores et gulosi
homines plus consumunt de creaturis
quam boni homines de quo deo nunquam vel
raro regratiantur: nec ei seruiunt. **E**t potius
mundorum diabolo seruire volunt. de quibus
omnibus sic vixis districtam rationem
reddituri sunt deo. **E**x quo sequitur quod merito
nullus debet de cibariis murmurare
vel blasphemare. **E**t pro peccatis suis de
beret hoc sustinere et cogitare: quod christus
pro peccatis nostris in cruce pedens com
edit et bibit amarum cibum et potum. vnde

ps. Dederūt in escas meā fel: z i siti mea
 potauerūt me aceto. **S**extū reprehensi-
 bile est nimis frequenter sumere cibum.
Sufficit em̄ hominī sano bis in die su-
 mere cibū. **F**requens autē sumptio mul-
 tum nociua est corpori s̄m medicos. nā
 addere cibum supra cibum nondum di-
 gestum impedit digestionem z corrup-
 p̄ virtutem digestiuam. **S**ecus autē
 est de laborantibus qui in magnis la-
 boribus desudant vt sibi victū z necessa-
 ria querant. **I**tem s̄m de pueris intelli-
 gendum est qui sunt in augmento. scz q̄
 adhuc crescit quib⁹ licet pluries come-
 dere: si necessitas requirit maxime: si nō
 est dies ieiunij sub precepto ecclie. **S**
Septimū reprehensibile est varie-
 tas ferculorum que reprehensibilē ē imo
 z nociua hominī non solum quantum
 ad animam: sed etiam quantum ad cor-
 pus. q̄ autem varietas et multiplicitas
 ferculorum nocet corpori: hoc probat
Acrobius per quinque. **P**rimo pbat
 per hoc q̄ animalia vt frequenter sūt sa-
 na que vtuntur simplici cibo et assueto:
 sue nature conuenienti: z nullo modo li-
 benter vtuntur illis que sunt contraria
 sue nature. **C**uius oppositum homo ra-
 tionalis sepe facit. s. comedendo z bibē-
 do ea que nō competūt sue nature. s̄ lo-
 lum vt satis fiat delectatōi z appetitui.
Secundo modo probat hoc p̄ artē me-
 dicane. quia medici suadent infirmis co-
 medere z bibere simplicem cibum z po-
 tum. z non diuersa fercula assata vel frī-
 ta. **E**t ratio huius est quia simplex cibus
 z potus magis est digestiuus. **E**t etiā
 quia antea se nimis repleuerūt diuersis
 cibarijs. **E**t s̄m arist. ij. eth. **M**edicane
 sunt per contraria. s̄ oportet eos post
 modū abstinere: z simplicem cibum su-
 mere. **T**ertio probat hoc. verbi gratia.
Si duo homines eiusdē complexionis
 biberent eandē mensuram: vn⁹ habe-
 ret diuersa vīna simul z semel: tūc citius
 infirmaretur: z minus cōpereret sue na-

ture ille multiplex potus. q̄ ille qui bi-
 bit simplicē potum. licet in eadem men-
 sura q̄ntum ad quantitatem. **S**ic simi-
 liter est de cibo intelligendū. **Q**uarto p-
 bat per hoc. si quis postmodū infirma-
 tur: tūc medici possūt eo facilius cognos-
 cere: vnde habeat infirmitatē illam q̄ s̄
 diuersa pocula bibissz. **Q**uinto probat
 per hoc: quia natura est vniformis i ope-
 ratione sua. **C**um autē homo comedit di-
 uersa z multiplicia fercula: tunc natura
 digerit illum cibum qui magis est dige-
 stiuius: remanēte illo cibo q̄ min⁹ ē dige-
 stiuius i stomacho. z cū hō gulosus sup-
 addit iterū cibum. scz comedendo et re-
 plendo se ante digestionē: tunc ille cibus
 qui manet in stomacho indigest⁹ fit pu-
 tridus. sic stomachus corrumpitur. et
 homo frequenter infirmatur et moritur
Un̄ **S**eneca. **D**ulcia fercula multos
 morbos fecerūt **U**ndē etiā sapiens dicit
 q̄ gula plēs interficit q̄ ensis. **E**x his
 omnib⁹ patet q̄ vtilius z salubrius etiā
 quantum ad corpus est comedere sim-
 plicem cibum z bibere simplicem potū
 z assuetum.

Quinq; modis potest q̄s
 peccare in gula.

Sequitur declarare quot modis
 homo in comedendo vel biben-
 do peccat mortalit̄. **R**espōdeo
 q̄ principaliter quinque modis. **P**rimo
 quādo diligo corpus tantum q̄ contra
 preceptum ecclie paratus suz comede-
 re diebus ieiuniorum: cū tamē bene pos-
 sem ieiunare: sed nolo corpus meū in tā-
 tū grauare. z sic soluo ieiunium sine cau-
 sa ab ecclia preceptū. **U**ndē **H**ermā.
 deschilditz dicit. **Q**ū aliquis inordina-
 tioni gule vel concupiscentie inheret tā-
 q̄ vltimo fini. sicut de quibusdā dicitur
 ad **Philippē**. 3. **Q**uoz de⁹ vent⁹ est: q̄/
 rum finis interit⁹. **I**ta q̄ talis quasi de-
 um cōtemnēs parat⁹ sic p̄cepta dei trās-
 grediyt delectationes gule assequatur.
 talis grauit̄ peccat. **S**ecundo cum q̄s

De peccato

sumit cibum illicitū siue phibitum. sicut adā in paradiso comedit cibum illicitū et sibi phibitū. ideo expulsus est. **Sic** si milit si quis comederet carnes vel etiam lacticia in quadragesima cibum illicitum et phibitū comederet. **Circa** quod queritur: a quibus cibis ieiunantes debent abstinere. **Respō** deo s̄m **Thomā** scda scde. q. c. 4. **In** ieiunio quadragesimali int̄ dicuntur vniuersalit̄ oua et om̄ia lacticia. **In** alijs aut̄ ieiunijs s̄t̄ diuerse consuetudines. quas quisq; obseruare debet s̄m mores eorum int̄ quos p̄uersatur. dist. 4. deniq;. **Ab**usus aut̄ generalit̄ carniū in om̄i ieiunio phibit̄ est. quia generaliter magis delectabilis est. et ad humorem luxurie magis cooperatur. **Unde** in sexta feria necesse est abstinere a carnibus et in sabbato s̄z generalē psuetudinē. extra de obf. ieiū. c. **Consiliū** **Cō**cordat **Hos**tiē. **Sciēdū** q̄ quilibet homo tenetur totaz quadragesimā ieiunare cū cibo quadragesimali qui sani et fortes sunt. et v̄ bene possunt tali cibo. secus est de illis qui sunt infirmi et debiles. vel etiā mulieres pregnātes et lactātes p̄ueros: v̄ etiā in puerperio existentes. quia si necessitas debilitatis corporalis impedit eas non tenentur ieiunare. immo si timeatur p̄habilit̄ d̄ periculo eaz vel abortu: non solum p̄nt sed tenentur soluere ieiunia. **Tertio** mō quādo quis sciēt cibū sibi nociuū in viribus et in corpe comedit p̄pter solam delectatōem qua non vult carere: talis grauiter peccat. q̄ facit contra charitatem qua homo tenet̄ se in deo diligere. et vires suas p̄seruare: vt deo diutius possit h̄ire. p̄s. **Fortitudinē** meā ad te custodiā. **Contra** s̄ talis fac̄ gulosus et voluptuosus q̄ vires corp̄is debilitat sciēter. et vitam sibi abbreviat. sumendo talem cibū vel potū qui nō cōpetit suenature. **Et** tātus possit esse appetit̄ illicitus ad talē nociuū cibū vel potū q̄ hō ḡuit̄ i hoc deo offenderet. **Aliqui** s̄o dicunt.

Sciō hoc nō cōpetit mihi comedere vel bibere cū tñ eque bene sumūt. quare t̄fic sumis si nō p̄uenit tibi. **Respō** deo vt satisfaciā appetitui et delectationi. **Sciēdū** tñ: q̄ ois cibus creatus est ad sustentatōem nature: vt inde hō deo seruiat. **Ergo** si vnus cibus tue nature non conuenit: tunc bonitas dei creauit diuersa cibaria: vt sic te cū cibo tue nature competentē cibare possis. **Item** qui sessiones longas faciunt et comestationes et cōiuiua p̄pter societate et cōplacentiā hoim: q̄ postmodū qñq; infirmant̄. vel etiam qñq; citi⁹ moriuntur ex talib; longis sessionibus et superfluis comestationib; **Et** etiam post sunt indispositi in fuitio dei. et negligunt salutem aīe sue. et tales et̄ ḡuiter deum offendūt. **Si** illi peccāt qui talia conuiua faciunt. **Unde** **Aug⁹** **Quicumq;** ad bibendū p̄nus fuerit: v̄ in conuiuiuo suo alios adunauerit. p̄ se et p̄ ip̄is in die iudicij reus erit. **Quarto** qñ quis sumit cibū licitū et sanū. s̄ excedit in nimietate: sic q̄ perdat rōem: vel nauseam h̄z vel vomitū p̄t̄ superflūā crapulā. et talis etiā grauiter peccat. **Circa** quod sciēdū s̄m **Henricū** d̄ fir maria. **Quicumq;** inebriat̄ vel qui excedit mensurā in comedendo: si hoc facit cū p̄posito et intentōe peccat mortaliter. **Secus** est si sit ignorans et sine p̄posito: et si casu euenerit. vel ex fortitudine cibi vel potus vel fragilitate sumentis tūc em̄ veniale est. **Sciēdum** s̄m **Her. d̄ schil** d̄itz q̄ qñ quis tantū sumit de cibo et potu q̄ vomitū sequi oportet. vel aliā inordinatōem. vel tātum supflue sumit euz suo grauamine etiā sine vomitu. v̄ d̄ de berent et possent plures alij sustentari. q̄ forte fa me periclitātur vel forte magna iedia purgentur. credo q̄ in talibus casibus cōtingant peccā mortalia. q̄ manifeste patet q̄ talis comestatio sit contra charitatem dei et p̄ximi. **Itē** d̄ nimia s̄iptione cibi s̄m eundem doctorem quando tanta est q̄ p̄pter eam ratio absorbet

z corpus scienter nimis ad rebellionem
spūs z ad carnalia vicia incitat: ita q̄ ho
mo certitudinaliter scit q̄ sumptis tali/
bus abarijs vel in tanta quātitate ipse
nullo modo potest perseverare nisi pec/
cata mortalia incidat. credo q̄ sit pecca/
tum mortale. quia ille voluntarie p̄cipi/
tat se in periculum. **De ebrietate autem**
sciendum q̄ quia directus sum ratiōnis
impedit z vehementer q̄ comessatio cuius
tū bonum humanū fundit in vsu ratio/
nis doctores tenent cōmuniter q̄ ebrie/
tas ex genere suo peccatum mortale est.
quādo hō qui iebriat scit p̄ certo potuz
esse inebriatiū z tamen scient immode/
rate z voluntarie sumit illū. **Secus tamē**
si nesciret potū esse inebriatiū vel tā su/
bito inebriatiū: v̄l nō credidit nec intē
debat ex proposito eū sumere immoderate:
tūc scit p̄ esse p̄ccm veniale. **Et credo q̄**
minus sit p̄ccm ebrietas in his qui ha/
bent debilia capita qui citissime ex potu
modico inebriant: nō tamē audeo dice/
re quin in eis sit p̄ccz mortale. **Et forte**
in aliquo tāto viliores reputant illi i mo/
ribus z ex natura male dispositi quāto
citius z facilius sum rōnis z bonū huma/
nū amittit. **Et cū debilitatem suā mul/
totiens experiant q̄ sibi nō cauēt. Et p̄**
tanto etiā ebrietas p̄t esse in eis graui/
p̄ccm p̄ quanto est magis p̄tinua. q̄ sic
in habitu deducit. z ip̄i peccare vidētur
ex habitu z non ex passione aliq̄ v̄l igno/
rantia. **Ebrietas valde detestanda est.**
quia non solū est p̄ccm mortale s̄m ge/
nus suū: sed etiā maximū p̄ccm. z mltro
rū p̄ccoz causa. **Uñ origenes omel. 27**
**Ebrietas est m̄r oim viciōz. sic econuer/
so sobrietas est mat̄ oim virtutū. Item**
ebrietas facit de hoīe bestia. de robusto
infirmū. d̄ prudēte insanū. **Uñ Amb.**
in li. d̄ p̄nia. **Ebriosus cū absorberinū**
absorbet a vino. abominat̄ a deo. despi/
cit ab angelis. deridet̄ ab hoībz. destitu/
tur a virtutibz. p̄fundit̄ a demonibz. **Sci**
endū q̄ valde p̄iculosum z stultū est inebriari.

q̄ ebriosus cōparat̄ aīali irōna/
li. **Contra qd̄ dicit ps̄. Nolite fieri sicut**
equus z mulus quibz non est intellectus
Quia hō p̄ rōnem differt ab alijs aīa/
libus irōnabilibz. **Unde Arist. 7. poli**
ticoz. Int̄ oīa aīalia homo sol⁹ hz rōez
Item q̄ dānosum z p̄iculosus sit hoīez
inebriari. p̄z ex hoc q̄ si hō in tali ebrie/
tate occidit. v̄l alias quacūq̄ morte mo/
ritur. eternalit̄ dānabitur. et est p̄iculo/
sissima mors. q̄ d̄ p̄batur ex eo. q̄ cū ho/
mo ex deliberatōe z proposito inebriatur:
tunc peccat mortalit̄. z illud p̄ccm non
remittit sine vera p̄tritiōe: sed interim q̄
ē p̄uatus vsu rōis non pōt p̄teri. ergo si
sic moritur: nunq̄ saluabitur. **Sec⁹ est:**
q̄n homo rōnalis submergit̄. vel alias
occiditur: tunc in momento p̄t cōteri de
p̄ccis suis. z saluari. **Uñ Aug⁹. Ebrie**
tas aufert memoriā. dissipat sensus. cō
fundit intellectū. concitat libidinē. oīa
mēbra debilitat. vitā dīminuit. z oīm
salutē ext̄minat. qual' aut̄ erit pena gu
losorum. z pot⁹ ebriosoz p̄z p̄ tale exem
plū. R. C. Legit̄ q̄ quidā miles fre
quent̄ inebriabat. z cū quodā crusibulo
ad dedicationes iuit. z tabernas frequē
tauit. sed de ecclia z indulgētijs modicū
curauit. Qui postmodū infirmatus ro
gar⁹ est a deuota filia sua: vt ei p̄ mortem
appareret. z statum ei indicaret.
Post obitum eius infra. xxx. dies appa
ruit: crusibulū in manu habuit. z ignit⁹
ex toto fuit. z filia eius p̄terita quesuit
quis esset z quid cū crusibulo vellz. Qui
rūdit pat̄ tu⁹ sum. z in isto crusibulo ha
beo potū meū. De quo ps̄. dicit Ignis
sulphur spūs p̄cellaz ps̄ calcis eorum:
Tunc secūdo quesuit. vt z sibi suffraga
ri posset. Rūdit nō. imo nec oēs sancti
in celo q̄ sententiā euāgelij data est sup
me. vbi d̄. Ligatis manibz z pedibz p̄
ijcite eū in tenebras exteriores vbi erit fle
tus z stridor dentū: Tunc clamae ince
pit ter. ve ve ve. Ue in amaritudine. ve
in multitudine: ve in eternitate penarū.

De peccato

Un etiam Gregorius in moralibus. Qui nunc male se in voluptatibus dilatat. illi postea in supplicij pena angustatur. **Q**uinto cum quis ita diligit cibum quod appetit delectationis est causa finalis et principalis sumentium cibum delectabilem. Et sic preponit talem delectationem deo qui principalis et finalis causa debet esse in omnibus operibus. Et talem delectationem querunt homines voluptuosi qui solum secundum corpus viuunt. et curam carnis in desideriis perficiunt. Unde apostolus. Si secundum carnem vixeritis moriemini. De quibus etiam dicit Hieronimus in epistola. Difficile. imo impossibile est: ut presentibus quibus fructus fruatur bonis: ut hic ventrem ibi mentes impleat. et de deliciis transeat ad delicias. Sciendum tamen cum quis esurit: et sic esuriendo comedit et delectatur in cibo: non est peccatum. quia hoc est naturale cuiuslibet animalis. Item si quis preparat cibum ea intentione: ut eius sumere possit. quia aliter non possit. hoc iterum potest fieri sine peccato. Unde Augustinus de verbis domini. Trantur diuites consuetudine infirmitatis sue. sed doleant se aliter non posse. Melius enim facerent si aliter possent. Ergo quilibet christianus cibum sibi preparatum debet cum gratiarum actione accipere. nec nimis auidere comedere. nec nimis delicata cibaria appetere. sed necessitatem cibariorum accipere. et semper in deum corde attendere. si non semper actu tamen habitu. unde beatus Augustinus de verbis domini. Si quid manducas et bibis ad refectio nem et recuperationem membrorum. et gratias agas ei qui tibi mortali hec suffragia tribuit. cibum tuum et potus tuus laudat deum.

De multiloquio et alijs filiabus gula.

Equitur de filiabus ipsius gula. Quarum prima est multiloquium. scilicet detractio. vituperatio vel alia verba inania et supflua. quibus enim repleri sunt: tunc detrahunt. tunc

rident. tunc dissoluntur et fluunt ad inutilia: sic quod vix os custodire possunt. Iesus

post vnum verba: post imbrem nascitur herba. **H**ora quod a multiloquio debentur hominem cohibere quinquaginta. Primum quod multiloquium hominem audientibus odiosum reddit. Unde quidam pharisaeus interrogatus quomodo possit hominibus placere. respondit. Si gesseris operam timor locuti fueris pauca. Secundum quod est signum stulticie. Unde scriptum est Ecclesiastes. Stultus verba multiplicat. sic econuerso taciturnitas est signum sapientie. Unde Seneca. Taciturnitas hominis stulto pro sapientia reputatur. Tertium quod multiloquium impedit conuersionem hominis sic quod nunquam ad verum profectum peruenit. Unde Job. Numquid probo solus iustificabitur. Unde etiam Iacobus. p. Qui putat se esse religiosum non refrenans linguam suam: homo vana est religio. Quartum quod in multiloquio non deest peccatum. Ecclesiastes. 20. Qui multis vtitur verbis: ledit animam suam. Sic econuerso qui odit loquacitatem extinguit malitiam et qui custodit os suum: custodit animam suam. Quintum quod reddituri sumus rationem de verbis otiosis. Mattheus. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddituri sunt deo rationem. Sciendum circa premissa quod quando homines in ipso multiloquio cadunt ex proposito in verba turpia puta detractioes vel aliqua que sunt contra honorem dei: vel in nocentium proximi. semper est peccatum mortale. quinquaginta tamen potest esse veniale quod procedit ex naturali garzulatione alicuius. si ne peccatum tamen forte nunquam est. quod in multiloquio non deest peccatum. Nec reputatur multiloquium si quis ad laudem dei vel ad edificationem proximi predicando vel docendo verba quantumcumque multa dicit. sicut patet per beatum Augustinum. xij. de ciuitate dei. c. vi. **S**ecunda filia est immundicia: que solet provenire ex gula. ut est vomitus et fetor et eructationes et pollutiones nocturne et luxurie. Quia venter estiuans merito spumat in libidine. et tales de mane sicut sicut sepulchrum fetidum. Unde psal.

Sepulchrum patens est guttur eorum
 Sciendum q̄ talis immundicia scilicet
 vomitus est quedam inhonesta altera/
 tio corporis proprii quod homo ex cha/
 ritate tenetur diligere z contrariat cha/
 ritati z honestati virtutis. Et ideo sc̄m
 genus suuz est peccatū mortale: quādo
 ex voluntario z defectuoso motu gula pro/
 cedit vel ad ipsam ordinatur. Et dico
 voluntario: quia si esset inuoluntarius
 z mere naturalis. puta ex debilitate sto/
 machi posset esse peccatū veniale v'l nul/
 lū. Vel etiam si q̄s p̄pter medicinaz vo/
 mitū sibi faceret non peccaret. **D**

Tertia filia est scurilitas. id est spor/
 wort. lichfertigkeit v'l bubesch eyt. qz
 gula mouet hominem ad fatuos gest:
 z ad puerilia opera. qz homo ita fatue z
 pueriliter habet se in verbis z factis. ac
 si esset fatuus vel scurzo. **Q**uarta fi/
 lia est ebritudo mentis. id est in vulgari.
 dūsinigkeyt: das ist zersterūg der ver/
 nunfft. oder der besch eidch eyt. quia ex
 gula ratio obtenebratur q̄ nescit qd fa/
 cit. In signum huius homo melius fa/
 cit quicquid d̄bet facere cuz est ieiunus
 q̄ cum est repletus. Pro quo sciendum
 fm Hermannū de schilditz: q̄ si homo
 ex gula z ebrietate voluntarie sensus e/
 bitari vult. z si quidem per talem ebitu/
 dinem homo impediatur ad cōsideran/
 dum super his que necessaria sunt salu/
 ti. per que potest vitare peccata z dam/
 nationem: non est dubium talem ebitu/
 dinem esse peccatum mortale qz est con/
 tra charitatem dei z contra rationem p̄/
 p̄rie salutis: quā homo ex necessitate di/
 ligere tenet. **A** Quinta filia ē in/
 epra leticia: id est lasciuia carnis. siue ge/
 stus corporis inordinat^o lasciuiam et leui/
 tatem mentis demonstrans. Pro q̄ no/
 tandum q̄ quando aliquis inepte leta/
 tur de his que ex specie sua mala sunt si/
 cut dicitur Proverbioz. ij. Letant^r cuz
 malefecerint. z exultant in rebus pessim/
 is. Tunc certum est: q̄ inepra leticia

ex subiecto sortitur reatum peccati mor/
 talis. qz tales letant^r de quibus valde
 dolendum esset. Similiter patet illud si
 ad scurilitatez assumuntur aliqua que
 fm se mala sunt. vel que vergunt in no/
 cumentum proximi vel contemptuz dei
 Item si quis ad talia ita vehementer af/
 ficiatur q̄ non potest ea dilectione dei
 vel proximi derelinquere: patz q̄ peccat
 mortaliter. Si quis tamen inepte leta/
 tur vel scurilitatem exerceat. nec tamen
 contra charitatem dei vel proximi face/
 re attemptet veniale est

Quomodo gula occultat se sub tri/
 plici specie virtutum.

Gula occultat se sub triplici spe/
 cie virtutum. Et primo sub spe/
 cie liberalitatis et maxime in il/
 lis qui gulam celebrantes dicunt: deus
 omnia dedit ad vsus hominū. z omnes
 res fecit propter hominem. Et ideo ma/
 lum esset q̄ res facte p̄pter homines hu/
 mano vsui perirent. Unde Gregorius
 in moral. Ventris ingluuies cor deu/
 ctum quasi ex ratione solet exhortari: cū
 dicit ad esum deus omnia condidit. z q̄
 satiari cibo respuit non aliud q̄ concess/
 so munerī contradicit. Remedium con/
 tra hanc occultationem est cogitare: q̄
 deus oia nō propter unum hominē cre/
 auit sed etiam p̄pter alios. Unde cōtra
 ordinem rerum z prouidentiam diuine
 ordinationis est q̄ vn^o vult oia degluti/
 re. Et sicut sunt diuerse conditiones ho/
 minum: sic etiaz diuersa cibaria. sic q̄ v/
 nusquisq̄ potest inuenire cibū sibi com/
 petentem. de quo necessitatem sumere
 potest. z alios etiaz suas necessitates su/
 mere permittat. **S**ecūdo occultat se
 sub specie necessitatis Greg^o. in moral.
 Cum sic voluptas sub necessitate se pal/
 liat: vix eam perfectus quisq̄ diiudicat
 Remedium contra hanc occultationem
 est cogitare hoc: q̄ fm Augustinū et eti/
 am philosophum. Natura paucis con/
 L 4

De peccato

renta est. sed consuetudo multa necessa-
ria facit: Ideo dicitur **Eccī. 29.** Initiū
vite hominis est panis et aqua. Ergo at-
tendendū est ad sumendū alimēta. sicut
ad medicamenta. **Aug^o. x. p^o fess.** Hoc
me docuisti dñe: vt quēadmodū ad me-
dicamenta: sic ad alimēta sumpturus
accedā. Et q̄ nunq̄s accedat ppter facie-
tatem: s̄ semp se retrahat circa appetita
et non sinat p̄ire concupiscētiā et delecta-
tōem nature: sed potius p̄sideret quan-
tum necessitati sufficiat et ibi sistat. Sed
quā difficile est fruare: ideo frena guttu-
ris sunt temperate retinenda. **Aug^o. x.
p^o fess.** Et quis est dñe qui non rapiatur
aliquē extra metas necessitatis. quis est
ille magnus et glorificet nomen tuum.

Tertio occultat se sub appetitu cibo-
rum abiectorū: cū immoderate appetun-
tur et sumunt. **Gregori^o in moral.** Neq̄
em̄ cibis: sed appetitus in vitio est. **Uñ**
et lautiores cibos plerūq̄ sine culpa su-
mimus: et abiectiores nō sine reatu con-
scientie degustam^o: hinc est q̄ esau p̄ len-
ticulam p̄matū pdidit. Et helias in he-
remo carnes comedendo mētis virtutē
fruauit. **Primus** hō etiā temptat^o fuit
non de vino s̄ de pomo. Sic qui nimium
appetitū habet ad grossa cibaria. ex hoc
quandoq̄ non credunt se peccare. cū tñ
hoīes etiā quādoq̄ in grossis cibarijs
delinquant. **Unde Hermā. d. schilditz**
dicit q̄ immoderata concupiscētia eden-
di vel bibendi p̄t esse tam ī p̄ciosis ciba-
rijs q̄ in vilitib^o. s̄ q̄ aliquis in cibo ni-
mium delectetur: vlt̄ nimis cibum cupi-
at. sicut esau lenticulam. de qua habet.
Gen. 25. Da mihi de hac coctiōe ruffa
alioquin moriar. **Nota** q̄ ad obfua-
dum q̄ homo in auiditate sumēdi cibū
semper teneatur in freno rationis: tā in
cibis delectabilib^o: q̄ etiā in grossis
duo requirunt. **Primo** q̄ homo semper
sequatur rationis ductum et nō edacita-
tis appetitum: vt dicat cū apostolo ad
philippē. **4** Scio saturari et esuri: scio

abundare et penuriam pati. Sic s̄ q̄
non sumat cibum s̄m appetitum: sed s̄
mensuratōem rationis. **Sēdm** est q̄ ho-
mo semper de donis sibi diuinitus con-
cessis nihil sibi ascribat. sed totum deo
attribuat. et oīa q̄ sumit q̄si a manu dei.
se sumē cognoscat et sic recipiat. sic paup̄
hospitali cum gratiarū actione recipit ci-
bum sibi misericorditer porrigent^o quo
nutritur. Et semper mentē per gratiarū
actionem ad deum eleuet sic q̄ nunq̄s ci-
borum delectationi appetitum immer-
gat. hec faciens reatum vitabit: et merita
cumulabit.

Remedia gule sunt sex. **1^o**
Sequitur de remedijs commu-
nibus contra gulam et ebrietatē
Quoz p̄mu^o est meditatio mor-
tis. **Unde Augustin^o in libro exhorta-
tionum.** Nihil sic reuocat a peccato q̄
frequens mortis meditatio. cum salicet
quis p̄cogitat. q̄ corpus suū dabit s̄mi-
bus in escā. Quid enim dicemus d̄ gu-
losis hominibus impinguātes corpo-
ra sua cum cibarijs delicatis: nisi q̄ sunt
cocivermū p̄uidentes vermib^o vt escā
de suis corporib^o impinguatis habeāt.
Unde Bern^o. Si diligent̄ consideres
corpus tuū. quid per os. quid p̄ nares.
ceterosq̄ meatus corporis exeat: vilis
sterquilinum nūq̄ vidisti. **Unde ergo**
superbis homo cuius conceptio culpa.
nasci pena. labor vite mori post hominē
vermis. post vermē feror et horror. Sic
in non hominē vertitur omnis homo.
Hoc aduertere deberēt gulosi: et sic eru-
bescere corpus suum cum delicatis ciba-
rijs impinguare. **Unde Augustinus d̄**
verbis dñi sermone. v. **Preciosus** cib-
us ad te intrat. quid sit cum itrauerit. **Nō**
ne si specula haberemus in ventre de ci-
bis p̄ciosis erubesceremus. **2^o**
Sēdm remedium est considerare mala
que hominē ex crapula eueniunt. Nam
triplex mors sequitur ex crapula. **Prima**
est mors anime: quia gulosi et ebrioli oq̄

cidunt animas suas. Unde beatus Augustinus. Sicut expirat corpus cum animam foras emittit: sic expirat anima cum deum amittit. et hoc contingit quando homo secundum carnem crapulose vivit. Unde apostolus. Si secundum carnem vixeritis: moriemini. Unde etiam Hieronymus. Ritens curis sordidam animam reddit. Secunda mors est mors corporis. Unde Ecclesiastes xxxvij. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinentes est: adhierevitam. Tertia est mors corporis et anime simul post iudicium. Exemplum de epulone: ut habetur Luce xvi. Qui quotidie epulabatur splendide. et post mortem suam sepultus est in inferno ubi torquetur fame et siti: hoc patet ex eo quia iam ultra mille annos per gutta aque rogavit dicens. Pater abraham mitte lazarus ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. **R**

Tertium remedium est considerare penuriam et miseriam christi. Quia qui in ieiunia christi prestat: de facili a gula abstinerebit. Et nota quod christus tribus vicibus esuriit. Primo enim cum quadraginta diebus et noctibus ieiunavit. et tunc non habuit aliud ad comedendum nisi lapides quando temptator dixit ei. Si filius dei es. Iam tunc esuriit. et non habuit nisi folia. sicut legitur Matthei xxi. de ficulnea: que non habuit nisi folia. cui christus maledixit. Tertia vice esuriit et sitiit scilicet in sua passione quando dixit Sitio. Tunc enim non habuit nisi acetum et sel ad comedendum et bibendum. Unde psalmus. Dederunt in escam meam fel. et in siti mea potauerunt me aceto.

S Quartum remedium est considerare fercula. et potum damnatorum. Pro quo notandum quod gulosi habebunt triplicia fercula. Primum ferculum est fames. Unde psalmus. Famem patientur ut canes. Unde esaias ix. Unusquisque carnem brachij sui vorabit. scilicet pro nimia fame et dolore.

Secundum ferculum est eterna mors. Unde psalmus. Dors depascet eos. et hoc est valde miserabile. quia semper morientur et tamen nunquam finaliter mori possunt. Unde Apocalypsis ix. Dors fugiet ab eis. quod si mors corporalis (que est nisi separatio corporis et anime) sic hominem torquet. quod nec stare nec sedere nec loqui potest. Quotidiana mors eterna faciet in damnatis. Unde Job xv. Consumat mors fortitudinem eius. Exemplum patet de debilitate preterenti. que si sic debilitat fortissimos quanto magis illa mors amara reddet illa corpora debilia ad resistendum et ad se movendum. Tertium ferculum sunt carnes decocte et asse. Unde Job xxxij. Transibunt ab aquis nivium. Cum enim in frigore sunt: tunc congelantur ex nimio frigore lingua eorum. et sic comedent eam quasi carnes coctas. Cum autem in calore detinentur: tunc ex nimio calore assantur et cremantur lingua in ore ipsorum. et sic tunc eam comedunt quasi carnes assas. Unde Apocalypsis vi. Haudcabant linguas suas pro dolore. Quis autem erit potus damnatorum ostendit psalmus. dicens Ignis sulphuris spiritus etc. Quia sicut vinum penetrat membra et letificat cor hominis. sic potus infernalium hominem penetrat et cum ab intra et ab extra contristat.

Quintum remedium est. quod reddituri sumus deo rationem de omnibus inutiliter et superflue expensis usque ad minutissimum quadratem. Quia secundum veram iustitiam dei homo bibens haustum aque sine causa et necessitate: de hoc redditurus est rationem. Quod tunc dicturi sunt qui tot denarios: immo grossos et florenos gulose et ebriose expenderunt. qui quandoque a mane usque ad vesperam: immo quandoque noctem supadunt. et sic in taberna sedent. et se cum vino superflue replent. et sic se inebriant. de quibus omnibus districtam reddituri sunt rationem. Ergo quilibet christianus timens deum nunquam sine causa et necessitate et utilitate deberet bibere vinum haustum

De peccato

¶ Semp in comedēdo z bibēdo debet q̄ rere sustentationem nature. **Uñ Aug⁹** de verbis dñi. Si quid māducas z bibis ad refectōem z recuperatōem membrōrū: tunc tu⁹ cib⁹ z pot⁹ laudāt deū.

¶ Sextū remediū est cōsiderare eternā cenā nobis in celo p̄paratā: vbi habem⁹ fercula magna: fercula multa: fercula dulcia. z fercula p̄ciosa. **Primo** fercula magna qz corp⁹ z aīa ibi pascat. sicut hic ī p̄nti tantum guttur: imo z ps gutturis tñ abatur cum p̄nti cibo. **Quo** cum abus ad ventrem venerit: amodo non sapit. **Item** si vnus tibi pro labore totum mundum daret: satis esset quem deus solo verbo creauit. quia dixit facta sunt. **Quid** tunc cum tibi celum dabit cum gaudijs suis: vbi apponet diligentiam suā vt magnum gaudium tibi faciat. **Unde** dixit discipul⁹ suis **Ua**do parare vobis locum. **Secundo** habebimus ibi multa fercula: quia tot q̄t sunt sancti z angeli in celo: quoz numerus est nobis ignotus. **Quia** sicut nec stellas celi: nec guttas maris: sic nec numerum sanctorum aliquis nostz numerare poterit. **Uñ apoc. 7.** **Vidi** turbaz magnam quam nemo dinumerare poterat. **Et** de quolibet sancto quilibz nostrum magnuz gaudiū habebit. qz noscimus z diligimus nos alterutrum. sic q̄ nunq̄ mater in presenti sic dilexit filium suum vni genitū. **Et** sic ex nimia charitate s̄m anselmum. **Unusquisqz** intantum gaudet de alterius gaudio inquam de suo pprio. **Et** ergo quicquid vn⁹ non habet in seipso: hoc habet in alio. **Unde Greg⁹.** **Ex illi⁹** sancte z perfecte charitatis merito fiet vnusquisqz habiturus in alio: quod non habet in pprio merito: ergo quicquid alij habet hoc totum erit ex sincera charitate. sicut qcqd habet h̄ vnum membrū conuidit euz alijs. sic erit in celo inter sanctos. **Item** tantum gaudium habebit quis de vno sancto: q̄ si mille annos dō seruisset: per

tantū spaciiū tēporis deo hō plene de se satisfecisset. ergo si totus mūdus esset ill⁹ us hoīs: tūc potius veller illo carere q̄ gaudio illo p̄uari qd̄ de vno solo sancto potest habere. **Tertio** habebim⁹ ibi fercula dulcia: sic q̄ talis dulcedo ē hic ignota. **Uñ ps.** **Quā** magna multitudine dulcedinis tue dñe: quā abscondisti timētibus te. **Idem.** **Parasti** in dulcedine tua paup̄i deus. **Apoc. xix.** **Beati** q̄ ad cenā agni vocati sunt. **Et** p̄z in sanctis q̄ tanta sustinuerūt. **Uñ paulus** vidit gaudia celi. z postea dixit **Nō** sunt digne passiones huius tēporis ad futuram glām que zc. **Si** oēs tribulationes z oēm paup̄tatem q̄s sustineret: in sup̄ z om̄i die millesies morerē: adhuc cō dignum nō fecisset. **Unde Hiero. in epla.** **Nullus** labor durus: nullum tēpus longū videri debet quo gloria eternitatis acq̄ritur. **Uñ Chrysost.** de recuperatōe lapsi. **Si** q̄tidie oporteret nos tormenta p̄ferre: si ipam gehennam paruo tpe tolerare p̄ eo vt ipm xpm videre possem⁹ in gloria z sanctorū ei⁹ numero sociari. nō erat dignū pati om̄e qd̄ triste est. modo vt tāti boni tanteq̄ glorie p̄ticipes haberemur. **Quarto** habebimus ibi fercula p̄ciosa. quia de⁹ mer dabit se nobis in p̄mūm. **Et** si creatura a deo creata potest letificare hoīem (vbi gratia: sicut aurū auarum. z honor et potestas z vestes p̄ciose sup̄bum. abus preciosus z vinum bonum gulosum. et sic de alijs) quid tūc creator potest. **Tā**ta sunt em̄ gaudia celi q̄ si celum aperiretur z minimū gaudiū alicuius pui sancti videret: q̄uis remota a nob̄ sunt. tamen totus mūdus hoc gaudiū sustinere nō posset. **Si** aut̄ possibile esset q̄ sufferre posset: tūc nullū cor esset a deo triste quin ex hoc letificaret. immo si interim in igne arderet vel in glacie staret. vt etiam ipam mortem corporis sustineret. de his om̄ibz nihil interim sentiret. **Quid** tunc erit cū nos illuc venerimus z cū deo

et cum omnibus sanctis gaudebitur.
Item deū videre est ira delectabile. q̄
 bñs Augustin⁹ dicit q̄ potius veller eē
 in inferno ⁊ deū videre: q̄ in celo ⁊ c⁹ vī
 sione carere. **U**nde angeli tam quasi p̄
 septem milia annorum deum viderunt.
 et si ad icū oculi deberēt priuari visione
 dei: nimis graue esset eis. **Q**uāuis em̄
 angeli hīc mīra operent ⁊ nobis frequē
 ter seruiāt. tamen semp̄ deū cōtemplan/
 tur. **U**n̄ **M**arh. xvij. **A**ngeli cor̄ semp̄
 vident faciem patris mei q̄ in celis est
Item de hac visione ⁊ de dulcedine ei⁹
 dicit ps. **Q**uoniā mille anni añ oculos
 tuos tanq̄ dies hesternā que preterijt.
Ubi dicit glo. q̄ nūq̄ aliqua dies tam
 gaudiose consumpra est in p̄senti q̄n mil
 le anni breuiiores estimentur in celo **I**re
 in hac visione implebitur desiderū ho/
 minis **U**nde ps. **S**atiabor cum appa
 ruerit gloria tua. **Q**uia in celo qlibet sa
 tiabitur: siue sit magni meriti siue parui
 sic q̄ qlibet contentat̄ intantū q̄ nō po
 test plus desiderare. **E**xemplum de va
 se magno quod potest cōtinere viginti vz
 nas vini: cū habet eadē plenum est ⁊
 non potest plus recipere. **S**imiliter de
 vase paruo quod pōt cōtinere vnam so
 lam mēsuram: cū habet illam tunc ple
 num est ⁊ contentat̄ ita bene in vna mē
 sura sicut magnum vas in viginti vnīs
Sic est de sanctis magnis. sicut de san/
 cto **P**etro vel **P**aulo vel **D**ominico vel
 sancto **F**rancisco. qui habent magna va
 sa. id est magna merita. **E**t de nob̄ qui
 sumus quasi parua vasa cum p̄uis me
 ritis. **U**n̄ **A**ug⁹. libro. xxij. de ciuitate
 dei. **I**pe deus erit finis desiderioruz no
 strorum. qui sine fine videbit̄: sine fasti/
 dio amabit̄: sine fatigatōe laudabitur.
Idem eodez libro **Q**uod deus p̄para/
 uit diligentibz se fide nō capit. spe nō at/
 tingitur. charitate non cōphenditur.
 desideria ⁊ vota trāsgreditur. acquiri po
 test. estimari nō potest. **E**xemplum de
 gaudijs celi. **L**egitur q̄ in ecclesia beati

Petri colonte cū esset quedam obsessas
 cōtingit ad illam aliā obsessam supuentū
 re. **H**or vna p̄tra aliā cepit insurgere.
 et clamoribz ⁊ cōtumelijs se afficere. **D**e/
 mon demoni dicebat **D**iser quid p̄sen
 tiendo lucifero sic de celo ruimus. **A**lter
 respōdit. quare fecisti. **C**ūq̄ illa adhuc
 quasi penitudinis verba p̄ferrent: alter
 subiūxit. **T**ace. ista p̄ma nimis est sera.
Et idem demon interrogatus a circun
 stantibz. qd̄ facere veller vt sic ad celū re
 dire posset **R**espōdit ei. **S**i esset colūna
 ferrea ⁊ rasozijs ⁊ clauis acutissimis ar
 mata a terra vsq̄ ad celū erecta vsq̄ ad
 diem iudicij: si carnem haberē in qua sic
 pati possem: me p̄ illam trahere vellent
 nūc ascēdendo: nūc descendendo dum/
 modo puenire possem ad gloriā dei. de
 qua p̄pter supbiam meam cecidi.

De luxuria.

Luxuria detestanda est. quia
 est peccatum nociuū valde tā
 in corpe q̄ in aīa. **U**nde apo
 stolus. i. ad **C**horin. vi. **Q**ui
 fornicatur in corpus suū peccat. qz luxu
 ria primo maculat ipm corpus. **O**m̄ia
 em̄ peccata maculant animam. sed illd̄
 corpus ⁊ animā. **U**nde etiam **I**nnocē
 tius de vilitate cōditōis humane. **L**u
 xuria nō solum maculat animam. sed fe
 dat p̄sonam. **U**n̄ luxuriosus tam habz
 quodāmodo gehennā in seip̄o. scz fetor
 rem luxurie. ⁊ ignē concupiscētie. **I**deo
 luxuriosus comparatur porco. qz plus
 delectatur in luto luxurie q̄ in floribz ca
 stitatis. **O** q̄ libēter deberemus corp⁹
 nostrū in puritate seruare. quia quanto
 purius nunc seruatur: tanto glorioz
 in futura resurrectōe erit. **E**t quāto im
 purius: tanto plus tūc fetebit si sic dece
 dit. **E**st enim luxuria peccatum fetens.
 non solum coram hominibus. sed etiaz
 coram angelis. **Q**uia angeli sunt puri
 qui nos custodiūt. igitur nō modicū